



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

43. An Pontifex in articulo mortis tribuat facultatem absolvendi
Sacerdotibus scismaticis & hæreticis? Et quid de excommunicatis &
suspensis, an sit necessarium ut supradicti sint à peccato mortali ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

In ordine ad Sacramen. Resol. XLIII. : 57

physicè omne dubium, sed solum à tuta differt. tandem magis, & minus intra eundem gradum moralis certitudinis. Nam si quis concetur ad habendum contritionem, tuncquam erit metaphysicè certus de illa.

^{1.} Sed adhuc remanet difficultas, an sit obligatio habendi contritionem in articulo mortis, orta ex alio capite, scilicet ex pracepto diligendi Deum, quod quidem dicunt communiter Theologi obligatio ad gat ad datum mortis. Dei saltem in fine vita: de quo videri potest Thomas Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 35. num. 9. & Conig. & diff. 24. de hoc loco ex parte dub. 3. num. 51. quam tamen obligatio generali gen. neg. Azorius tom. 1. lib. 9. cap. 4. quest. 1. Sed quidquid de hoc sit, quod spectat ad tractatu de charitate, in primis illa non esset obligatio habendi contritionem, sed dilectionem Dei; deinde ratione illius obligationis non teneretur Confessarius, aut quilibet aliis ex debito charitatis admone moribundum de obligatione illa diligendi Deum, cum enim dilectio non esset necessaria peccatoe medij, sed praecpti posset relinquere conscientie sua, sicut in aliis praecptis, nam vel infirmus seit obligationem diligendi Deum in illo articulo, vel eam ignorat: si can scit, non indiget admonitione; si vero eam ignorat, adhuc confessarius non videtur reperi ad docendum penitentem de illa obligatione: tum quia prudenter potest credere, quod in vita sepe habuit actum amoris Dei, & satis fecerit praecptio diligendi Deum; obligatione autem habendi illum actum etiam in articulo mortis, non est ita certa, vt graues Doctores eam non negent, vt vidimus, non debet ergo Confessarius laqueos iniurare penitentem in re incerta: tum praeferim, quia regulariter timere prudenter potest, ne ea occasione exponat infirmum pericolo peccandi mortaliter; si enim infirmus propter suam imperfectionem non mouetur ex se, & eximenter iam motte, ad diligendum Deum, quem offendit, sed solum ad odium peccati propter penas inferni, vel aliud simile motiuum, timeri potest, ne proposita obligatione diligendi Deum, incipiat iam imputari ad culpam omissionis, quae prius propter ignorantiam, vel inadvertentiam non imputabatur. Expedit ei itaque & oportebit exigere, & excitare penitentem ad dolorem de peccatis propter Deum, & ad perfici contritionem, ac dilectionem Dei super omnia, positi motius opportunis; non tamen expedit regulatiter proponere obligationem, & laqueos iniurare, in materia praesertim adeo incerta, vt vilius est. Et hec omnia docet Eminentissimus Lugo, & Amicus locis citatis.

RESOL. CXLIII.

An Pontifex in articulo "mortis" tribuat facultatem absolvendi Sacerdotibus schismaticis, & hereticis. Et quibus de excommunicatis, & suspensis, an sit necessarium, ut supradicti sint a peccato mortali contritione, aut aliter iustificati in supradicto casu.

Et an Summus Pontifex in articulo mortis supplicet iurisdictionem in laico saltem prima Tenuora initato, vt possit absoluere moribundum à confessori, qui non potius confiteri: Ex part. 8. tr. 1. Ref. 92.

^{2.} *Prima opinio* est Sotii in 4. diff. 18. q. 4. art. 4. & Nauarci in summa, cap. 26. n. 26. & quac. Cap. 27. num. 272. & Ledesma 2. 4. quest. 21.

^{art. 6. non longe à fine, & 22. art. 1. posserentium hanc facultatem non fuisse concessam hereticis. Apud R. 2. currit, bene tamen vniuersaliter concessum concessum sum in §. 1.}

sum esse excommunicatis; & quomodo cumque suspensi, immo etiam schismatici, inquit Nauarri, immo heretici non sint. Rationem huius nullam reddit Nauarri; Sotius verò tam reddit de hereticis, quia carent fide, & consequenter fundamento necessario iurisdictionis, quæ necessaria est ad legitimam absolutionem. Ledesma non reddit hanc rationem, sed quod Ecclesia negaverit illa, scilicet hereticis, iurisdictionem, non verò ex communicatis; hoc tamen non video quia ratione probatam verò credunt committi posse iurisdictionem, & de facto commissam esse. Sotius refert Sylvesterum pro sua sententia, sed reuera oppositam sequitur.

^{2.} *Secunda opinio* est afferentium nullum Sacerdotem excommunicatum, aut suspensum etiam Catholicum, quanto magis hereticum esse proprium Sacerdotem, hoc est, habere facultatem in articulo necessitatibus & potest Copelium Constantiense docent authores huius sententiae hoc tantum esse intelligendum de nominatum excommunicato, aut manifesto Clerici percussor, iuxta decreterum illud vulgarissimum, *Ad eiusanda, quia non denunciatus si absolutus, tenet factum, extra articulatum etiam necessitatis, ut omnes fatentur. Huius sententiae est Medina C. de Confession. quest. Cui fieri debet confessio, & quae de alieno sine licentia proprijs factio absoluente, in responsione ad 3. Marfil. in 4. q. 12. art. 1. 4. part. consil. 2. & Courtruias in cap. Alma mater. 1. part. reletio. §. 6. n. 8,* quoniam non facit se explicet, in hanc tamen magis inclinatatem hereticorum verò, qui cum sit excommunicatus à iure non tamen est nominatum denunciatus, an possit tunc absoluere, non disputat Medina: nec Courtruias in eo, aut in alio alias videtur sequi rationem, quam excommunicatio, nullam verò mentionem faciunt rationis Sotii. De excommunicato ergo nominatum, id docent hac ratione, quia excommunicatio ipso facto tollit iurisdictionem, quæ etiam in articulo mortis necessaria est, cum sit ibi vera sententia, & iudicium.

^{3.} *Tertia opinio*, cui prorsus adhærendum est, afferit, omnem Sacerdotem alias quocumque modo impeditum etiam hereticum, & excommunicatum, & suspensum, eo tempore esse legitimum iudicem. Ita docet Praepositus in 3. part. quest. 7. de ministr. sacram. Penitent. dub. 5. num. 40. Hurtadus de Penitent. diff. 4. sect. 2. §. 1. num. 18. & alij penes ipsos.

^{4.} Prorbatur haec opinio; quoniam etiamsi dicimus, vt diximus, iure humano competenter etiam in articulo mortis quilibet posse absoluere, quod tamen hereticis sit negata haec facultas, & sublatam materia duplicitate contingere potest. Primo, quia ipsis in se incapaces efficiuntur ipsa infidelitate, aut quia Ecclesia de facto negavit illis materialiam, non verò excommunicatis: primum nullo modo dici potest, quia sicut infidelitate non detur quoad vitramque potestatem ex parte effectu principij, scilicet quoad consecrandum, & absolvendum, sed ita constitutae manent a Christo iudices ad absolvendum, per illa verba: *Accipe Spiritum sanctum, &c. sicut per illa: Accipe potestem Missas celebrandi*, Sacerdotes ad consecrandum; ergo idonei manent, vt eis subdi possit autoritate Ecclesiae materia iurisdictionis in quam possint operari ergo falsum docuit Sotius fidem esse fundamentum iurisdictionis, cum non sit fundame

58 : Tract. I. De Potestate Pontificis

fundamentum characteris, & ita neque clavis in
prüfungem collecta, & consequenter, nec iuris-
dictionis, aduersiter habentis materiam sibi subdi-
cam.

¶ Haec prima ratio non obstat quin hereticus
in articulo mortis possit quemlibet absolvatur, ex
opinione Domini sequetur etiam abolutionem col-
latam ab haeretico interiori esse notam, etiam si
bona fide facta fuerit, quia in illo debeat fides, unde
& fundamentum iurisdictionis, quod tenerentur
omnes conscientes repetere, quas integrè, & pef-
fectè oratione fecerunt, quem tamen cognov-
erunt postea hereticum fuisse interiorim eo
tempore, & a fortiori sequitur haec ratione schil-
piatio non effablata faciliaté absoluendi in co-
articulo. Sed neque secundo modo id dici potest,
quod Ecclesia scilicet subtraxerit materiam hereti-
cism, non verò excommunicatis, quoniam hoc nul-
lo fundamento probari potest, cum absolute Eccle-
sia, vbi huius rei sit mentio, omnibus videatur
committere hanc facultatem, quia nullum excipit
sacerdotem, & verè committit iis, qui alias facul-
tatem ad hoc non habebant facultatem ab oluen-
di reservatis, quod idem est. Imò in Concilio
Tridentino *s. 4 cap. 7 in fine*, asserit de illo arti-
culo mortis: atque idem omnes Sacerdotes quoilibet
penitentes a quibusvis peccatis, & Censuris
absoluere possunt, qua facultas magis vniuersali-
ter, vt omnes complectentur haereticos, & ex-
communicatos, conferri non potuit: constat ergo
haereticos etiam posse habere, & de facto ab Eccle-
sia accepisse.

6. Et idem hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Jacobus Granado in *3. part. controver. 7. tract. 10. disp. 4. sect. 2. num. 9.* vbi sic ait. Colligitur
absolutè, & simpliciter loquendo, esse certissimum,
nulli Sacerdoti deesse iurisdictionem requisitam,
& sufficiemt, vt in articulo mortis absoluat
quemlibet penitentem, & a qualibet peccato. Video tamen, à nonnullis Doctribus adhibere
limitationem: nam S. Thomas in *4. diff. 10. q. 1. art. 2.*
quaestio. 2. ad. 3. & alii dixerunt non posse vali-
de recipi hoc Sacramentum ab excommunicato
non tolerato. Et Sotus *diff. 18. q. 4. art. 4. verb.*
et vero, negat, licet aliquantulum dubitan, ministerium
præcistum ab Ecclesia posse validè
absoluere. Sed profecto absque via limitatione
dicendum est, nullum excipi Sacerdotem excom-
municatum, hereticum, vel degradatum, vt be-
ne Vaquez *q. 1. 3. art. 1. dub. 4.* Suarez *diff. 16. sect. 4.*
Auila de censuris, *art. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 1.*
concluſ. 4. Autor decisionis cœlum articuli mortis
cap. 4. dub. 4. num. 20. cum multis alijs, quos refe-
runt: quia Tridentinum nullam proutis limita-
tionem adhibet, vt patet ex verbis illius, & ex
ratione, qua nifur, ne scilicet homo pereat de-
fœtu Sacramenti; id enim probat, recursum
esse tunc ad quemlibet Sacerdotem, si alioqui in
discrimen adduceretur aeterna salus. Solum notant
prædicti autores in casu, quo penitentis timeret
prudenter à Confessorio haeretico fore perturben-
dum, aut alioquin magnum scandalum ab ea con-
fessione prouenire, abstineret debere à tali confes-
sione; quia aliter peccaret penitentis grauitate non
exitando tantum malum, & consequenter
confessio illa nec esset bona, nec valida. Et in hoc
eventu intelligitur, quod Sanctus Thomas docet
loco citato; praterquam quod scriptis ante Tridenti-
num & in hac quaest. 8. *Additionum*, *art. 6.* sine
limitatione via docet, quemlibet Sacerdotem
absoluere posse in articulo mortis. Hucusque
Granado.

Nec obstat, Hermengildum filium Regis His-
panie à sancto Gregorio laudari, quod maluerit
morti, quam Eucharistiam a ceipere de manu Episco-
pi Ariani, nam illud Sacramentum non erat ita
necessarium, sicut penitentia: & illa Eucharistia
suscepta tunc fuisset quedam Arianismi professo.
Quod si in penitentia euenerit, conandum etiam
esset potius iustificari per contritionem, quam ha-
resim approbare. Ceterum non viderut posse
malitiae contingere, quod penitentis non posset illud
periculum scandali tollere, si aperte protestaretur, se
heresi illius Sacerdotis non consentire, sed petere
in ea necessitatem abolutionem in remedium animæ
sue: qua protestatione facta, rarissime obligaretur
penitentis propter scandalum aliquorum, quod iam
non videretur esse passum; exponere se periculo
damnationis aeternæ; si fortè vera contritione cat-
eret, cum posset cum attritione per Sacramentum
iustificari.

8. *Nota* tamen cum Hurtado *vbi supra*, quod in hoc*sup. conten-*
to in hoc s. in
quoniam dicti Sacerdotes præcisū possunt validè tom. 1. tr. 4
dicōs penitentes absoluere; vt tamen licet posse legē doctrinā
necessarium est quod sint à peccato mortali, non Ref. 40.
contritione, aut aliter iustificati, nisi quando per eius annos,
riculum ægroti iam vrget, vt ob ipsum statim au-
diendum nequeat contiri, nec aliter iustificari;

quia tunc licet possunt, quamvis fini in peccato
mortali; quoniam Sacerdos non fit licite admini-
stratus abolutionem, quia iustificari potest, &
non vult, tunc penitentis in articulo mortis exis-
tens potest ab illo abolutionem petere (quando
penitentis non timet subversionem ob communica-
tionem, cum eo Sacerdote, & quando ob
communicationem cum eo non appetet profiteri
errorem aliquem illius Sacerdotis) quia tunc pe-
tit, quod Sacerdos ille potest licet facere, si ve-
lit: quod etiam est verum, quoniam Sacerdos ille
non sit paratus ad illicitè abolucionem, quia re-
gula illa, nempe quod nequeat quis inducere ali-
quem ad id in quo peccatus est, quando qui in-
ducitur non est paratus ad id, tantum est vera,
quando inducenti non est in precepto id ad quod
inducit; confessio autem, & receptio abolutionis
in dicto articulo est penitenti in praecip-
to, in dī ipsi minister est in praecipio auditio, &
abolutio.

9. Sed hic obster tangenda est illa quaestio, an *Sup. hoc in*
Summus Pontifex in articulo mortis suppletat etiam
iurisdictionem in laico latere prima Tonatura ini-
dito 212. 213. & in
tato, vt possit absoluere moribundus a censuris, *214. 5. Sed in*
qui non potuit confiteri. Et negauit respondent
Nauarrus de penit. diff. 6. cap. 1. in principio, aliqui.
num. 83. & seqq. Faber de censuris in 4. sententia
diff. 25. c. 8. Turrianus de censur. lib. 2. diff. 24.
dub. 4. Couarruias in cap. Alma mater, part. 1.
§. 1. num. 9. Corduba in summa, quaest. 18. art. 2.
dito 1. Henriquez lib. 3. de excomm. cap. 27.
num. 4. Sotus in 4. diff. 18. quaest. 4. art. 4. Palu-
danus in 4. diff. 17. quaest. 3. Vgolinius tab. 1. cap. 4.
§. 5. num. 7. Auila 2. p. cap. 7. diff. 1. dub. 3. concl. 1. &
alij.

10. Sed affirmativa sententia placuit Syluestro in
verò. *Absolutio. n. 8. Panormitano in cap. Pastora-*
lis. §. propterea, de officio Ordinarij. Angelo verb.
Absolutio 3. n. 39. De la Cruz in dīct. part. 7. de
excomm., dub. 5. concl. 1. Sancid in selectis, diff. 44.
num. 7. Tabiena verb. Absolutio 2. n. 8. Feliciano
de Excommunicatione, cap. 42. Antonio 3. part. tit. 17.
c. 4. & alii. Sed de hac questione à nobis alibi
actum est.

RESOL.

Allibi in Re-
solutiōibus
nor. præcīs
ex.